

3. Ut vero, quod res est, unico tantum & altero loco speciali declarem, en *fidem* & *fidelitatem* in illa sanioris doctrinæ hypotyposi, cuius custodiam Paulus Timotheo commendat, *fidei* nomine expresso & *fidelitatis* studio sub caritatis nomine commendato. Et quid ad Deum accedere est aliud, quam *fidei* quasi remis velisque ad eum contendere? Quid ἀληθινὴ πείσμα, quæ ad istam *fidei* praxin requiritur, est, nisi animi Deo sincere dediti fidelitas? Hebr. X, 22. Utramque in integro contentu pluribus commendari, *autochia* ostendit.

### PROPOSITIO DUODECIMA

De æquilibrio hoc, tanquam divino Christianæ religionis charactere.

*Aequilibrium fidei ac fidelitatis* exhibit characterem divinitatis, qua religio christiana coruscat, eam ratione theoriæ & praxeos, seu doctrinæ & vitæ, non parum commendans.

### ILLUSTRATIO.

1. Hoc *fidei* ac *fidelitatis* temperamentum est Deo & homini convenientissimum. Etenim de Deo nobis insinuat ideam summi Entis, non minus justi & sancti, quam benevoli & beneficij. In quo quando homo collocat fidem cum reverentia ac sui consecratio ne ad ipsum directa, sibi ipsi ita consulit, ut a Deo, quod